

lib. 4. c. 2. unde factum, ut jam non à paucis Pseudo-Messias (quorum historiam videsis ap. Galatin. l. c. Gerhard. part. 2. Exeg. p. 364. Cluver. Epit. Histor. p. 322. 339. 385. & 687.) qui mox qs: in herba extincti, evanescere, decepti sint, nostro interea uni & soli Jesu Nazareno tot jam retro seculis suam constante gloria. s. deniq; in voluntate presumpta indocilitas. Id n. agunt unicè recitatae gentis magistri, ut à colloquiis & disputationibus Christianorum suos arceant, ut à quibus doceri se permittere non debeant. Ex quibus omnibus oppidò constat, Judaeos non jam laborare ignorantia de Christo καὶ ἀπόρροισιν vel pura negationis, sed καὶ διάθεσιν h. e. pravae dispositionis dicta quae hominibus istis claustra ad inferni barathrum certo certius pandit.

§. IV. Nunc ad Essentiam s. Quidditatem Incarnationis F. D. accedimus, ubi etiam quaedam veluti praeliminaris expedienda nobis venit quaestio: An sc. Christi incarnatio cognitu & creditu ad salutem semper fuerit necessaria? cum id negare non vereantur perfrectae frontis homines Novatores hodierni & Syncretistae, uti sunt Calixtus cum complicibus suis & M. Latermannus, quorum verba citantur in consensu repet. Fid. verae Luther. p. m. 40. asserentes doctrinam de Christo ejusq; Persona θεαυθρωπῶ & officio, quod n. morte sua genus humanum redempturus esset, fideles V. T. omnes explicitè non cognovisse, nec ut cognoscerent & crederent eis ad salutem fuisse necessarium. Nos contra cum Symbolo Athanas. ita pronunciamus. Qui vult salvus esse, ita (vel rectè) de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad et salutem INCARNATIONEM quoq; Dn. nostri J. C. fideliter credat & c. Concludimusq; cum eo: Hec est fides catholica, quam nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit, salvus esse non poterit. Interim tn. observand. in θεῖσιν ὑποστάσιν occurrere alia, quae fidei definitionem immediatè ingrediuntur, alia quae eidem mediatè tantum substant. Illorum cognitio explicita necessaria semper est, haec utut implicitè cognosci, aut simpliciter ignorari possint, negari tn. neutiquam debent. Ad illorum classem Christus ut mediator noster & quid θεαυθρωπῶ pertinet, quia haec est vita et. ut cognoscant Te solum verum Deum, & QVEM MISISTI J. C. inquitente S. Johan. c. 17. 3. Conf. Act. 4. 12. & c. 10. 43. Doctrina v. de Idiomatum & operationum communicatione, quia non tam fidem gignit, quam corroborat, eamq; ve-